

CAL. *Perianthium* oblongum, tubulatum vel obverse ovatum, decem-striatum; ore tridentato (interdum 4 dentato) denuibus obsoletis, obtusiusculis, subinæqualibus; persistens &c. secund. Msc. descript.

*Drupe* uvas imitantur figura externa; maturum ferme candidæ sunt & pellucideæ, margaritarum instar. Proxima videtur Charactri Cordiæ. Gen. Pl. 1002.

B) *Cariequilla madro* nom. vulg. i Lantana.

CAL. &c. conf. Msc. descr.

2) *Cariquillo prieto*.

CAL. &c. conf. Msc. descr.

♂ . . .

### 89. CAPSICUM. Gen. Pl. 195.

STAM. . . . *Antheræ* . . . longitudinaliter dehiseentes. Hinc vix connivent Antheræ.

### 90. SOLANUM. Gen. Pl. 196.

STAM. . . . *Antheræ* . . . apice punctis duobus dehiscentes.

*Nota.* In omnibus, quas vidi hujus Generis speciesbus in America, *Antheræ* apice fuero perforatae, non vero ibidem omnes conniventes nec contingentes.

### 91. CESTRUM. Gen. Pl. 188.

In specie Cestri floribus sessilibus Spec. Pl. 191. 2. quæ hic Hediondo h. e. foetida audit, (nescio cur), stamina vidi omnino sine denticulis introrsum emissis.

Præter baccam, a Lycio distingvi videtur staminibus, corollæ tubo toti longitudinaliter affixis.

### 92. CONOCARPUS. Gen. Pl. 193.

*Flores* omnes in capitulo globoso collecti, hermaphroditi sunt.